

TABULA XV.	La PLANCHE 15
<p data-bbox="277 308 1068 411"><i>Diversos tum laryngis, tracheae, pulmonorum, &amp; diaphragmatis tum cordis, &amp; magnorum vasorum aspectus demonstrat.</i></p> <p data-bbox="277 456 1068 596">FIGURA I delineat laryngem 4.13., asperam arteriam 7.12., &amp; anteriorem pulmonum faciem 15.6. &amp; 15.16., cum thymo 11.12., &amp; duobus nervis 14.11. &amp; 14.13., qui utrinque ad latera mediastini versus diaphragma 23.12. exporriguntur.</p> <p data-bbox="277 608 1068 1007">FIGURA II exhibet venam cavam superiorem 42.11.½ in dexteram cordis auriculam paululum dilatam 45.11. desinentem : in qua quidem animadversione digna est venae coronariae in eandem auriculam insertio 47.½ 11. Notetur quoque locus adhaesionis quadrifariam secti pericardii cum arteria magna priusquam carotides dispertiat 42.½ 13. :ex qua quidem adhaesione plura deducimus nostris in libris de Corde. Circa pericardii originem non a substantia cordis, sed ab ejus vasis multa ex Galeni sententia tradidit Eustachius antigram. 10 de Vena sine pari pag. 283. Advertatur etiam situs arteriae coronalis ab aorta procedentis 44.12.½</p> <p data-bbox="277 1015 1068 1118">FIGURA III patefacit posticam asperae arteriae, &amp; pulmonum faciem cum pendula arteria magna, surculis intercostalibus, tametsi dissectis 78.12.½ insignita.</p> <p data-bbox="333 1126 1068 1153">FIGURA IV depingit pulmones anteriori parte, in quatuor</p>	<p data-bbox="1099 308 2114 376"><i>décrit divers aspects tant du larynx, de l'artère âpre, des poumons et du diaphragme, que du cœur et des grands vaisseaux.</i></p> <p data-bbox="1099 456 2114 596">La FIGURE I représente le larynx (4.13), l'artère âpre (7.12), et la face antérieure des poumons (15.6 et 15.16), avec le thymus (11.12), et les deux nerfs (14.11 et 14.13) qui, de part et d'autre du médiastin, s'allongent en direction du diaphragme (23.12).</p> <p data-bbox="1099 608 2114 1002">La FIGURE II présente la veine cave supérieure (42.11½) aboutissant dans l'oreillette droite du cœur, un peu dilatée (45.11) ; assurément l'insertion de la veine coronaire dans la même oreillette (47½.11) mérite d'y être remarquée. Que l'on note aussi le lieu où le péricarde coupé en quatre parties, adhère à la grande artère avant qu'elle ne se divise en carotides (42½.13) : de cette adhérence, assurément nous avons tiré plusieurs déductions dans nos livres sur le Cœur. Concernant l'origine du péricarde, issu non pas du cœur lui-même, mais de ses vaisseaux sanguins, Eustache a rapporté beaucoup d'éléments tirés de l'opinion de Galien, <i>antigramma</i> 10<sup>1</sup> de <i>La Veine Azygos</i>, p.283. Il faut aussi remarquer l'emplacement de l'artère coronaire, qui procède de l'aorte (44.12½).</p> <p data-bbox="1099 1015 2114 1118">La FIGURE III fait clairement paraître la face postérieure de l'artère âpre et des poumons en même temps que la grande artère qui pend, reconnaissable aux ramifications intercostales, quoique sectionnées (78.12½).</p> <p data-bbox="1137 1126 2114 1153">La FIGURE IV dépeint les poumons sur leur face antérieure, bien clairement</p>

<sup>1</sup> L'*Opuscula anatomica* d'Eustache sur la veine azygos (*De vena sine pari*) est organisé en « *syngamma* » et « *antigramma* », à savoir « ordonnance » et « copie d'ordonnance » au sens technique : le renvoi se fait ici à l'édition d'une œuvre en latin qui emprunte ces divisions à la terminologie grecque.

lobos perbelle divisos, cum corde intra pericardium vaginato 17.44. Neque vero praetereunda hic est vena cava superior, quae loco, ubi in pericardium absconditur, emergit 13.42. Arteriae quoque subclaviae, & carotides, quum primum attoluntur, observentur 12.½ 43. Caeterum diaphragmatis meminimus Figura I.

FIGURA V proponit observanda pulmonum posteriora, ubi vena pulmonica primum occurrit, detracto corde, quemadmodum proficiscitur a pulmonibus cum quatuor caudicibus, binis superioribus 45.½ 41. & 45.½ 45.; totidemque inferioribus 48.41. & 48.45., dissecto tamen, hiantequa orificio 48.43 cum auricula sinistra continuato. Patent etiam in hac Figura tum arteria pulmonica supra, & pone venam pariter pulmonicam locata 45.½ 41.½ & 45.½ 44., tum arteria aorta, quae supra arteriam pulmonicam inflectitur, & cujus hic foramen per cultrum apertum se offert, 45.½ 42.½

FIGURA VI posticum pulmonum, & vasorum cardiacorum exhibet; &, nisi me veri species fallit, series quoque ostenditur nonnullorum ramusculorum venae, quae sanguinem a pericardio, ac mediastino in cavam regerit: de quibus sane ramulis idem egit Eustachius in *Opusculis de Vena sine pari antigram.* 8 pag. 230<sup>2</sup>.

divisés en quatre lobes, avec le cœur enveloppé dans le péricarde (17.44). Mais il ne faut pas passer ici sous silence la veine cave supérieure qui sort de l'emplacement où elle disparaît dans le péricarde (13.42). Il faut aussi observer les artères sous-clavières et les carotides, juste au moment où elles montent vers le haut (12½.43). Pour le reste, nous avons fait mention du diaphragme dans la Figure I.

La FIGURE V propose à l'observation la vue postérieure des poumons, à l'endroit où la veine pulmonaire se présente tout d'abord, une fois le cœur retiré, et comment celle-ci émane des poumons en 4 branches, deux supérieures (45½.41 et 45½.45), et autant d'inférieures (48.41 et 48.45), alors que l'orifice qui fait la jonction avec l'oreillette gauche a été sectionné et reste béant (48.43). Apparaissent également dans cette figure tant l'artère pulmonaire, placée vers le haut et derrière la veine également pulmonaire (45½.41½ et 45½.44), que l'artère aorte, qui se courbe au-dessus de l'artère pulmonaire et dont le trou ouvert au scalpel se voit en (45½.42½).

La FIGURE VI présente une vue postérieure des poumons et des vaisseaux cardiaques; et, si les apparences ne m'abusent pas, s'y présente aussi une série de petites ramifications de la veine qui ramène le sang depuis le péricarde et le médiastin jusqu'à la veine cave. Eustache a bien entendu semblablement traité de ces ramifications dans les *Opuscules sur la Veine Azygos: antigramma* 8 page 230<sup>2</sup>.

(Adeline Cadet, Enora Cahet, Guilhem Calvo Rouanet, Amélie Dauge, Ulysse Dorques, Cosma Hourtoule, Chanel Laigniel, Maïa Leclerc, Alain Mazenq, Jodie Ray, Lisa Savy, Noemie Turchetto, Sarah Vacherias, Quentin Vicens, latinistes de 2<sup>nde</sup>, Lycée Jean Moulin, Pézenas, Prof. N. Karabaghli)

<sup>2</sup> Cette pagination n'est pas celle qu'on trouve pour l'*antigramma* 8 dans l'édition des *Opuscula* de 1564 qui le donne à la page 278-279.